C Ostendit quō possumus ab aduersarijs auferre gr̄am iudicis. Et duo facit: q̄ p̄ facit q̄d dcm est. Secdo docet nos probare: q̄d dixerat p̄ signū. et ibi. (Signū aut.) Dat at multas cautelās ad ostēdēdū quō p̄ subuentionē nō debet aliquid gr̄a: dicēs manifestū eē ex dicēdis: v̄n cōtingit auferre gr̄am: et facere alios eē sine gr̄a. p̄ si succurrerūt: aut succurrerūt gr̄a sui: vt q̄ intēdebat aliq̄d meritū. Nā h̄ vt dicebat nō erat gr̄a: aut si hoc fecerūt p̄ accēs et a casu non ex electiōe: aut fuerūt coacti ad h̄ faciēdū: aut h̄ faciēdo nō dederūt: reddiderūt: q̄ p̄us receperant tñ h̄ficiū: vel forte maitis: siue fuerint scientes. i. cognoscentes impēsū sibi

pius beneficium: siue non: yroqz. n. modo scienter et ne scienter redditur aliquid pro aliquo: quare in talibus non erit gratia. Immo qui non recognoscit beneficium sibi factum: et faciēdo aliqd benefactori suo: credit se ei grām facere non solum ex hoc meretur gratias: sed etiā est aliquo modo ingratus. Addit autē qd est intuendum circa omnia pdicamenta ex eo qd aliquis facit hoc qd ad substantias: vt qd dedit aliqd charum: vt aurum: non plumbuz: aut tantum: quantum ad quantitatez: aut tale: aut quādo: aut vbi: et sic de alijs pdicamentis. Si ergo quisqz oīdit qd non dedit hoc: in quo dicit esse gratia. vt quia dedit plūbz non aurum: vel non dedit tantum: neqz tale et sic de alijs pdicamentis ostendit: qd propter hoc nō debetur ei gratia. ¶ Deinde cum dicit.

Signum autem et si in minori non succurrunt: et si inimicis: aut eadem: aut equalia: aut maiora: palam enim qd neqz hoc nostri gratiat: aut si praua sciens. Nullus enim confitetur indigere malis: et de eo quidem: quod est gratia fieri: et non gratiam facere dictum.

Docet nos cognoscere per signū quando aliquid sit gratia nostri: et dat multas cautelas ad hoc. Nam si aliqui nō succurrerunt nobis in minori: si contingat eos maiora facere: signum est: qd non facerent ea propter nos. Rursum si eadem: aut equalia: aut maiora fecerunt inimicis qd nobis palas est: qd non fecerunt ea gratia nostri: quia nullus gratia inimicorum aliquid agit: aut etiam si ea: que fecerunt nobis sciebant. i. credebant esse praua palam: qd non fecerunt ea gratia nostri. non enim credebant nos indigere illis: cum nullus confiteatur: et nullus credat aliquem indigere malis. ¶ Ultimo epilogat dicens: qd de eo: qd est gratiam fieri quantum ad primam partem huius capituli dictum est modo predicto. ¶ Deinde cū dicit.

Alia autem miserrabilia. et quibus miserentur: et qualiter ipsi habentes dicamus.

Quia delectatio et tristitia sequuntur ad omnes alias passiones. Ultimo determinandum est de eis: si consideremus ordinem ipsarum passionum. Verus quia tractatus de disceptatione compleri non poterat: nisi ibi traderetur notitia de delectabilibus: oportuit p̄sum in primo libro capitulo de disceptatione determinare de delectabilibus. Ne ergo esset nugatio pretermittens in hoc secundo capitulo de delectatione: post oēs alias passiones determinat de tristitia. Tristitię autem quatuor sunt partes: vtz: misericordia: nemesis: inuidia: et zelus: hęc autem sic accipi possunt: qz tristitia est respectu alterius: siue respectu eius: quod in est alteri: et gaude de tali tristitia hic loqui intendimus: dupliciter sumi potest. Primo respectu mali: secundo respectu boni. Si sumatur respectu mali: sic est misericordia. nā misericordia est passio super apparenti malo alterius: et potissime si videatur nobis indignum esse illum pati tale malum. Si autem sumatur respectu boni: hoc est dupliciter: quia vel tale bonum concomitatur indignitas: vel non est necesse tale bonum indignitatem concomitari. Si autem concomitatur ipsum indignitas: sic est nemesis. nam nemesis est tristitia de bono alterius: ex eo quod videtur nobis indignum esse illum habere tale bonum. Si vero bonum alterius: de quo tristamur: non de necessitate concomitatur indignitas: hoc est dupliciter: qz vel volumus de tali bono propter ipsum: cui inest: et sic est inuidia: quia inui-

dia est dolor de bono alterius nō propter hoc: qd ille sit indignus eo: nec propter hoc: qd aliquid nobis conueniat ex illo: sed qz nolemus ei tale bonū inesse. Si vero tristamur de bono alterius: non propter ipsum: sed propter nos: sic est zelus. Nam zelus proprie est tristitia de bono alterius: nō propter hoc: qd ipse sit indignus: nec propter hoc: qd nolle: mus tale bonum inesse ei: sed quia tristamur: qd tale bonum non inest nobis. Ex quo apparet: qd istarum tristitiarū tres sunt bonę et vna mala. nam misericordia: nemesis: et zelus sunt bonę passiones: bonum enim est tristari de malo alterius: si ille patitur hoc indigne: hoc facit misericordia. Rursum bonum est tristari de bono alterius: si ille habeat hoc indigne: quod facit nemesis: sic etiam bonum est tristari de bono alterius: nō qz inest eius: qz nō inest nobis: qd facit zelus. Inuidia autē sola iter dictas passiones est mala: quia malū est tristari de bono alterius ex eo: qd inest illi: qd facit inuidia. Ex quo patet: qd si sumatur b̄mōi tristitię: siue huiusmodi passiones respectu boni et mali: tres cadunt ex vna parte: et vna ex alia: sed bonum et malum sumuntur adiectiue et materialiter: siue sumuntur prout tales passiones sunt bonę et malę. Nam si bonum et malum sumuntur materialiter: sic misericordia cadit ex parte mali: nam misericordia habet pro materia malum alterius. Alię vero tres se tenent ex parte boni: sunt enim zelus: nemesis: et inuidia de bono aliquo. habent enim bonum pro materia aliter tamen et aliter: vt patet per habita. Similiter si distinguantur dictę passiones respectu boni et mali: nō inq̄tum habent ea pro materia: sed prout ipse in se sunt bonę et malę: sic etiam tres illarum passionū cadunt ex vna parte: et vna ex alia: sed non eodem modo vt prius. Nam p̄m primum modum sola materia se tenet ex parte mali: alię vero tres tenebant se ex parte mali: sed p̄m illum modum sola inuidia se tenet ex parte mali: alię vero tres se tenent ex parte boni. Misericordia enim: nemesis: et zelus sunt boni mozi: vt dicebatur: sed quia non solum respectu boni et mali potest accipi numerus dictarum passionū. Sed et respectu indignitatis et non indignitatis. Ideo notandum qd si distinguantur passiones tactę p̄m indignitatem et nō indignitatem: sic due cadunt ex vna parte: et due ex alia. Nam misericordia et nemesis semper habent annexam indignitatem aliquā: cū misericordia sit de eo: qui indigne patitur: nemesis vero de eo: qui indigne prosperatur. Zelus vero et inuidia non de necessitate habent talem dignitatem annexam: vt superius tangebatur. Scdm ergo istum modum distinguendi possunt diuidere tractatum istum: in quo philosophus determinat de speciebus tristitię: dūmodo pars ista diuidatur in partes duas: quia primo philosophus determinat de misericordia et nemesis: quas de necessitate concomitatur indignitas. Secundo determinat de inuidia et zelo: quas indignitas nō de necessitate concomitatur. Secunda pars ibi. (Palam que et de quibus). Indignitas concomitari potest tristitiam dupliciter. Primo respectu mali: vt qui tristatur de indigne patientibus. Secundo respectu boni: vt qui tristatur de indigne principantibus. Ideo circa primum duo facit: quia primo determinat de misericordia: que est tristitia de indigne patientibus mala. Secundo determinat de nemesis: que est tristitia de indigne adipiscētibz bona. Secunda pars ibi. (Opponitur autem ei). ¶ Circa primum duo facit: quia primo enumerat ea: que sunt determinanda de misericordia. De cundo exequitur de illis. Secunda ibi. (Sic itaqz misericordia). Dicit q̄ primo: qd ille vult dicere qualia sunt miserrabilia: et quibus boies miserentur: et qualiter ipsi se habentes miserentur. hęc enim sunt illa tria determinanda circa quamlibet passionem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sit itaqz

Sit itaq; misericordia tristitia quedaz super appetenti malo corruptiuo: vel tristitatio eius qui indignus est fortiri: qd siue ipse expectet se passurum: siue aliquem suorum. Et horuz cū prope videatur.

Exequitur. et duo facit: qz primo diffinit misericordiam. Secundo ex diffinitione data manifestat dicta tria: que proposuerat. Secunda ibi. (Palam enim q). Dicit ergo qz misericordia est quedam tristitia super appetenti malo corruptiuo: vel tristitatio eius: qui indignus est fortiri et habere talem malum. Et oportet qz huiusmodi malū vel ille: qui miseretur expectet se passuruz: vel aliquē suorum: et hoc cum prope videatur. Tria ergo sunt de ratione misericordie. Primuz sumitur ex parte miserantis: quia debet habere appetitum tristabilem: et cor miserabile: cum de ratione misericordie sit tristitia. Scdm sumit ex parte eius: cuius miseretur: quia debet esse indignus ad susceptionem talis mali. Tertium sumitur ex parte ipsius mali: nam illud malum debet esse corruptiuuz vel tristitium: et debz esse prope: et debet esse tale: quia ipse: vel alii quis suorum expectat illud cogitans se posse incurrere tale malum. **D**einde cum dicit.

Palam enim q miseraturum necesse existere talem: qualis putatur passurus aliquod malum: aut ipse suorum aliquis: et tale malū: quale dcm ē in diffōne: aut simile: aut vicinum.

Ex diffinitione data de misericordia declarat illa tria: que proposuerat declaranda: ideo tria facit: quia primo ostendit: qualiter se habentes miserentur. Secundo declarat qualia sunt miserabilia. Tertio manifestat: quibus homines miserentur. Secunda ibi. (Miseretur autem super notos). **C**irca primum tria facit: quia primum in vniuersali ostendit: qualis est ille: qui est misericors. Secundo ex hoc manifestat: qui non sunt misericordes ad cognoscendum qualiter se habentes miserentur. Secunda ibi. (Propter hoc neq). Tertia ibi. (Sunt autem tales). Dicit ergo palam esse ex dictis: qz miseratiū. scilicet eum qui debet misereri: necesse est talem existere: qualis putatur passurus aliquod maluz: et hoc aut ipse: aut alii quis suorum: et malum dz esse tale: quale dictuz est ex diffinitione data. qz debet esse corruptiuum: vel tristitium: aut si nile corruptiuo et tristitatio. Vel etiaz vicinum et propinquum tristitatio: vel forte addit vicinū: quia tale malū dz videri esse prope. **D**einde cum dicit.

Propter quod neqz qui ex toto perierūt: miserentur: neqz enim amplius pati putant: passi enim q neqz super felices esse putant: sed cōtumeliā faciūt: qui. n. omnia putāt eis adesse: palamqz: et hoc non contingere pati vllum malum. Est enim hoc bonorum.

Ostendit qui non sunt miseratiui dicēs: qz illi: qui ex toto perierunt. i. qui sunt passi omnia mala non miserentur. Et est ratio: quia non putant se pati amplius. i. ampliora mala: quia passi sunt omnia mala. Luz ergo tales obdurti ex passione multorum malorum non timeant aliquod malum: non miserentur alijs. Secundo non sunt miseratiui: quia putant esse super felices: sed magis contumelias faciūt. Et est ratio: quia qui putant eis adesse omnia bona palam qz non putant eos contingere vllum malum. Est enim hoc bonorum. i. beatorū: vt sonat alla littera: qz eis non sit aliquod malum. ergo nec multum fortunati: nec

multum felices sunt miseratiui. **D**einde cum dicit. **S**unt autem tales: quales putāt se pati forte et qui iam passi sunt: et euaserunt et senes. Et ppter ea quia capiunt: et quia sapiunt: et propter experientiam: et debiles: et quia formidolosiores magis: et eruditi facile. **R**atiocinatiui. n. et quibus existūt parētes: aut pueri: aut vxores. ipsius. n. hec: et alia pati ppea: que dicta sunt.

Ponit considerationes ad cognoscendum miseratiuos. Et tria facit fm q ad misericordiam tria concurrunt: v3: tristitia vel compassio cordis: malum passibile inesse sibi vel suis: etiaz indignitas patientis. Secunda pars ibi. (Et qui neqz in virilitatis). Tertia ibi. (Et putant aliquos). Docet primo cognoscere miseratiuos ex parte mali possiblis inesse sibi vel suis dicēs: qz tales sunt miseratiui: quales sunt illi: qui forte. i. fortuitū putant se pati aliquod malum: vel si iam passi sunt: sed euaserunt. Ideo senes qui sapiunt et cognoscunt quid est pati malum propter experientiam: et debiles qui sunt magis formidolosi et eruditi. i. docti: scientes per experientiam quid sit malum: tales enim sunt miseratiui: quia sunt facile ratiocinatiui. cogitātes. n. per ratiocinationes eis posse inesse talia mala facilius miserentur patientibus. Et illi etiam sunt miseratiui: quibus existunt parentes: aut pueri: aut vxores. Et est ratio. quia ipsius. i. habentis parentes et pueros est timere pati saltez in suis: hec. i. mala: que vident alios pati. et hoc propter ea: que dicta sunt. i. propter parentes et filios: quibus cogitat posse accidere dicta mala. Possent autem ex his: que dicta sunt plures considerationes formari: sed de hoc non sunt nobis cure. **D**einde cum dicit.

Et qui neqz in virilitatis passione sunt: putant irā: aut audacia. sine meditatione. n. futuri hec.

Ostendit qui sunt miseratiui ex eo: qz potest eis esse tristitia de alieno malo. huiusmodi autem tristitia nō inesse tripliciter potest contingere. primo si sunt in passione cōtraria. Secundo si habent mores contrarios. Tertio si sūt obstupefacti: et de aliorum malis ratiocinari non possunt. ideo circa hoc ponit tres considerationes. Secunda ibi. (Neqz in contumeliatiua). Tertia ibi. (Neqz rursus timentes). Dicit ergo primo: qz illi sunt miseratiui: qui non sunt in passione virilitatis: puta qui non sunt in ira: neqz in audacia. Et est ratio: quia futuri audaces et futuri irati qm sunt in ira: et in audacia sunt sine meditatione. nō. n. meditantur: nec rōcinantur de assensu malis. **D**einde cū. d.

Neqz in contumeliatiua dispositione. Et. n. hi non ratiocinatiui de patiēdo in futuro aliqd sed qui intermedij horum.

Ponit secundam considerationem: v3: qz illi sunt miseratiui: qui non sunt in contumeliatiua dispositione. i. qui non habent mores eorum: qui paruipendunt et despiciūt ceteros: vt habet alla littera. Et est ratio: quia hi sic contumeliatui non habent ratiocinationem de patiēdo in futuro aliqd mali: sed qui sunt horum intermedij. i. qz medio modo se habent sunt ratiocinatiui de malis aliorum. Possemus tamen si vellemus exponere existentes in contumeliatiua dispositione eos: qui non curant mala et contumelias. Nā tales non miserentur: quia non timeant: nec ratiocinantur de malis futuris: et tunc optime cōsonat id quod sequitur: sed intermedij eorum: quasi. d. qz nec illi: qui sunt in ira vel dispositione: per quam non curant in iram pati: sunt miseratiui: sed intermedij eorum sunt miseratiui. **D**einde cum dicit.

Rhetori.

C Neq; rursū timētes valde: nō. n. miserentur stupefacti ppter intendere proprie passioni.

C Ponit tertiam considerationem. De valde timentes nō sunt miseratini. Et est ratio: quia stupefacti propter intendere proprie passioni non miserentur: qz nō possunt ratio cinari de miseris aliorum. **C** Deinde cū dicit.

C Et si putant aliquos esse epicētes: qui. n. nullū putat: oēs existimabit dignos esse malo.

C Docet nos cognoscere miseratiuos siue misericordes ppter indignitatē patiētis. Et duo facit: qz p facit qd dcm ē. Scdo dat vlem maximā ad cognoscendū misericordes. Scda ibi. (Et totalr itaq;). Dicit g: q illi sūt miseratini: q putant aliquos esse epicētes. i. iustos: credūt enim ex h eos indigne pati: ideo miserentur eoz: pp qd subditur: q illiq nullum putant epicētes siue iustum non miserebunt: qz oēs existimabūt esse dignos malo z pna. **C** Deinde. c. d.

C Et totaliter itaq; cū ita se habeāt: vt recorder tur talia accidisse: aut sibi: aut suozū alicui: aut speret fieri sibi: aut suozū alicui. Qualiter qui dam igitur habētes miserentur dictum est.

C Dat vlem maximā ad cognoscendum miseratiuos dicens: qz vlr aliqui sunt tales: cum ita se habeāt: qz recorder tur talia mala accidisse: aut sibi: aut alicui suozum. Nam tales timentes incurrere dicta mala: miserent sup patiētibus illa. **C** Ultimo epilogat quod dictum est: qualiter se habentes miserentur.



A e aut miserentur ex diffinitione palam: quecunq; .n. tristitium: aut dolorosorum corruptiua omnia miserabilia interemptiua: z quorumcunq; malorum fortuna causa magnitudinem habentium.

C In parte ista ostendit pbs: que sunt miserabilia. Et duo facit: qz primo enumerat ea in quadam vltate. Scdo dat intellectum dicroz. Scda ibi. (Sunt aut dolorosa). Dicit ergo: qz que miserent ei. i. que sunt miserabilia: est palā z manifestū ex diffōne data de misericordia. Nam qcūq; sunt de numero tristitū: aut dolorosoz: z oia corruptiua miserabilia sunt: sic ēt quecunq; sunt interēptiua: z ea q sunt de numero habentū magnitudinem fortuna cā sunt miserabilia. pōt aut assignari dīa iter corruptionē z interēptionē: vt q corruptio sumat p morte naturali: interemptio vero pro violenta. **C** Deinde cum dicit.

C Sunt autē z dolorosa quidem: z corruptiua mortes z vulneratiōes corporoz: z afflictioēs: z senectus: z egritudines: z alimēti indigētia.

C Dat intellectū dicroz. Et duo facit: qz primo exponit: q sunt dolorosa z corruptiua. Scdo manifestat: que sūt illa mala: quozum est cā fortuna. Scda ibi. (Quoz aut fortuna). Dicit ergo: qz dolorosa z corruptiua sūt mortes z vulnerationes corporoz: z afflictiones: z senectus: egritudines z indigentie alimentū: z cetera talia: quibus homo trīstā: z potest tendere ad corruptionem. **C** Deinde cū dicit.

C Quozum autē fortuna causa malozum esse si ne amicis: vel paucos hfe amicos: propter qd z separari ab amicis: z consuetis est miserabile: z confusio: debilitas: z oratio.

C Ostendit quoz malozum est causa fortuna. Et quatuor facit fm q quatuor genera talium malozum tangit. Se-

Liber

cunda sibi. (Et bene conueniebat). Tertia ibi. (Et laz passio). Quarta ibi. (Et aut nullus). Dicit ergo primo: qz ista sunt mala: quoz maloz videtur esse causa fortuna: esse. i. sine amicis: vel paucos habere amicos: z qz esse cum amicis est quid bonum: separari ab amicis z consuetis est miserabile: z est confusio: qz magna verecundia est carere amicis: z est debilitas: qz vnus amicus sustentat alium. z ē oratio: qz vnus amicus ē qsi oculus alteri. **C** Deinde. c. d.

C Et bene conueniebat bonum aliquod agere malum aliquod euenisse: z sepe tale.

C Ponit scdm genus maloz causatum a fortuna. Nam in fortunū z miserabile est euenisse in aliquod malum: vnde conueniebat agere aliquod bonum: z potissime si sepe tale contigerit. **C** Deinde cū dicit.

C Etiam passo adesse aliquod bonū: velut donaria Dyophiti mortuo: que a rege affuerūt.

C Ponit tertium infortunium: qz infortunium z miserabile est hominū iam passo. i. iam mortuo adesse aliqd bonus velut accidit Dyophiti mortuo: qz a rege ei missa fuerunt donaria. Infortunū. n. fuit non potuisse frui donarijs rebus: z qz an mortē talia donaria nō percepit. Et quod dcm est hic de morte posset habere veritatem de passione qua libet. Nam omne illud bonum: per quod aliqz passionem fugere possumus: miserabile ē post passionē. **C** Deinde. r. c.

C Et aut nullum affuisse bonum: aut nō esse p fruitionem eozum: que fiunt: z in qbus qdem igitur miserentur hec: z talia sunt.

C Ponit quartum genus: qz infortunium z miserabile est non affuisse alicui aliquod bonum: aut nō esse per fruitionem eozum bonozum: que affuerunt. **C** Ultimo epilogat dicens: qz hec z talia sunt: in quibus miserentur: id est que sunt miserabilia.



S miserentur autem super notos: siue valde ppe sint i familiaritate.

C In parte ista venatur pbs: quibus homines miserentur. Et duo facit fm qz duas considerationes circa hoc ponit. Scda ibi. (Et super similes). **C** Circa primum tria facit: quia primo premitit considerationem suam. Secundo quod dixerat manifestat. Tertio ostendit quid est vtle ad hoc: qz aliquis miseratur alteri. Secunda ibi. (Circā hec autem). Tertia ibi. (Et aduersario). Dicit ergo: qz homines miserentur super notos. Nam mala talium magis cogitabant posse sibi adesse super notos. dīco quia non sunt prope in familiaritate. **C** Deinde cū dicit.

C Circa hec autē velut circa seipos futuros habent: propter quod z Amasis super filio qdē: qui ducebatur ad mortē non plozaui: vt aiūt. Super amico at quia expectabat. hoc qdē. n. miserabile: illud aut dirū: dirum aut aliud miserabile: z expulsium miseracionis.

C Manifestat quod dixerat: siue dat causas dicit. Potest enim patere ex habitis: quia misericordia est tristitia de alieno malo: igitur super valde propinquos homines non miserentur: quia circa hos se habent: sicut sunt futuri habere circa seipos. Potest ergo homo esse durus: vel dolēs circa sibi valde propinquos: sed non misericors: propter quod Amasis super filio: qui ducebatur ad mortē: vt aiūt nō plozaui: sed super philippo amico suo: quia expectabat auxilium ab eo: plozaui. Addit autem qz hoc scilicet plozare super amico est miserabile. i. opus misericordie: illud

Mad aut. s. non plorare super filium est durum & crudele: durum aut & crudele sunt aliquid miserabilius: sunt enim expulsui miserationis. ex quo apparet: qd amara non habuit misericordiam super filio: sed super amico: cum super filio non ploravit. imo dato qd super eum plorasset non prope fuisset ibi misericordia: que respicit aliena mala: licet ibi fuisset dolor & tristitia. **C** Deinde cum dicit.

C Et sepe aduersario vtile: ad huc miseretur id quod prope est ipsi dicit.

C Ostendit ipsam angustiam & aduersitatem esse vtilem miserationi: unde continetur sic. dictum est: qd durum & crudelitas est expulsuum misericordie: sed sepe durum & crudelitas sunt vtile aduersario: vt hz alia littera: qz talia non expellunt misericordiam: sed aliqui faciunt contrarius inducendo eam: videmus aliquos ex duritie: qua sustinet in se: mouent ad misericordiam erga eos: id addit: qd ad huc. i. amplius: vt habet alia littera miserentur. hoc misereri est illud: quod est prope ipsi dicit: ideo durum aliqui inducit misericordiam. **C** Notandum aut qd durum & crudelitas non eodem modo sunt inductiva & expulsiva misericordie: nam misericordiam inducunt: vt homo sustineat talia ab alijs sed eam expellunt: vt sic se hz erga alios. **C** Deinde cum dicit.

C Et super similes miserentur secundum etatem: secundum mores: secundum habitus: secundum dignitates: secundum genera. In omnibus his magis videtur & ipsi ad esse vtiqz. Totaliter enim & hoc oportet accipere: quia quecumqz super ipso stiment: hec super alios facta miserentur.

C Ponit secundam considerationem. Et tria facit: qz primo ponit considerationem ipsam. Secundo hoc ostendit: qd non sunt miserabilia. Tertio venatur: que sunt augmentatiua misericordie. Secunda ibi. (Quoniam aut prope.) Tertia ibi. (Necesse cooperantes.) Dicit ergo: qd homines et miserentur super similes: dico secundum etatem: vt senex senibus secundum mores: vt cum socy socys secundum habitus: vt virtuosos virtuosos secundum dignitates: vt principes principibus secundum genera vt compatriote compatriotis. Et est ratio: qz in oibus his magis vident ipsi adesse talia mala: que patitur vnus prope cepa: timet pati alius: ideo addit: qd totaliter & vniuersaliter hic oportet accipere: qualiter homines miserentur: qz quecumqz mala super ipsis euentre homines timent: hec super alios facta miserentur. **C** Deinde cum dicit.

C Quoniam autem prope apparentes passiones miserabiles sunt. Ab ille simo aut ano scia: aut futura: neqz sperantes: neqz reminiscetes: aut totaliter non miserentur: aut non similiter.

C Ostendit que non sunt miserabilia dicens: qd qz passiones prope apparentes sunt miserabiles facta mille simo anno: aut futura post multum tempus: qz neqz sperantes sumus sic futura ex longinquo: neqz reminiscetes sumus facta ex tanto tempore: talia aut totaliter non miserentur. i. nullo modo sunt miserabilia: aut non similiter. i. aut non tantum sunt miserabilia: vt alia. **C** Deinde cum dicit.

C Necesse comparantes figuris: & vocibus: & vti: & totaliter ypocrisi miserabiliores esse: faciunt enim prope apparere malum pro oculis faciente: vel tanquam futuris: vel tanquam factum.

C Venatur que sunt augmentatiua misericordie. Et duo facit: qz primo facit quod dictum est. Secundo reddit rationem eorum: que dixerat. Secunda ibi. (Omnia enim.)

C Prima pars diuiditur in partes quatuor. & tangit que

videntur augmentare misericordiam & compassionem. Secunda pars ibi. (Et facta statim.) Tertia ibi. (Et signa.) Quarta ibi. (Et maxime.) Dicit ergo: qd si volumus alios mouere ad misericordiam: & augmentare in eis compassionem: necesse est nos esse comparantes in hypocrisi. i. representatione & figuris: quia debemus representare vultus tristes: & vocibus: quia debemus hypocritare voces plangitivas: & debemus nos vestire ad modum lugentium: & totaliter debemus facere inducentia homines ad compassionem. Nam per talia contingit homines esse miserabiliores. i. magis misericordes. Et est ratio: qz talia faciunt apparere esse prope: sunt enim tales representationes tanquam facientes malum pro oculis tanquam ad presens tempus: vel tanquam aliquid futurum pro oculis: vel tanquam aliquid factum quantum ad preteritum & futurum. cum ergo mala propinquiora miserabiliora sunt: tales representationes compassionem augmentant. **C** Deinde cum dicit.

C Et facta statim: aut futura in breui miserabiliora propter idem.

C Ponit secundam considerationem dicens: qd facta statim: aut futura in breui sunt miserabiliora propter idem. i. prope eadem causam: qz vt prope sunt. **C** Deinde cum dicit.

C Et signa & operationes: puta vestes passorum: & quecumqz alia eorum: qui in passione sunt velut iam morientium.

C Ponit tertiam considerationem dicens: qd signa & operationes passorum: puta vestes eorum: & quecumqz alia: & sermones: & omnia sunt existentium in passione: velut iam morientium: & miserabiliora sunt: cum vident vestes passorum cruciatas: vel audiunt sermones: quos preferebant: cum moriebantur. **C** Deinde cum dicit.

C Et maxime studiosos esse in talibus temporibus existentes miserabile.

C Ponit quartam considerationem dicens esse maxime miserabile: & mouere ad compassionem: si recitamus homines existentes in illis temporibus: cum patiebantur esse studiosos. i. esse bonos: vel fuisse nobiles & virtuosos: vt habet alia littera. **C** Deinde cum dicit.

C Omnia enim hec propterea qd prope apparent magis faciunt manifestum: & velut indigni existentis: & in oculis apparente passione.

C Dat causam victorum dicens: qd omnia talia magis faciunt misericordiam: propter quod prope apparent. Et hoc quantum ad tres considerationes primas. & qz in oculis apparente passione recitatur passio existentis indigni. & quantum ad considerationem quartam. Non est enim dignum: qd studiosi & nobiles patiantur.



proponitur autem eis quod est misereri: maxime quidem quod vocant nemefare. i. quod est tristari de indignis male actionibus oppositum est quodammodo: & ab eodem more est:

quod est de indignis bonis actionibus tristari. **C** In pre ista: vt dicebat determinat passiones de nemefare & passione ad passiones alias. Secundo determinat ea secundum se. 2^a ibi (Primo quod igit.) Nec est in hoc ordo puerilis: qz ordine doctrinam aliquam determinare de aliquo in comparatione ad aliud est prius quam determinare de eo secundum se. Cognitio illius in comparatione ad aliud ducit nos in cognitionem eius: vt considerat secundum se. Prima pars diuiditur in duas: qz prima determinat de nemefare in comparatione ad misericordiam. 2^a determinat

Rhetori.

de ea per comparationem ad inuidiam. Scda ibi. (Uide bit aut vtiqz). (Circa primū duo facit; qz primo pmit tit intentionē suam. Scdo qbdam quod dixerat manife stat. Scda ibi. (Opz. n. de indigne.) (Dicit g̃ primo: qz idiqz vocant nemefare maxime opponit. i. maxime vide tur opponi ei: qd est misereri. i. misericordie; qz tristari de indignis male accidētibz: qd facit misericordia opponi tur quodāmodo ei: quod est tristari de indignis bonis ac cidentibus: qd facit nemefis: z dicit quodāmodo: qz neme sis nō est pprie opposita misericordie; cū ambę tales pas siones sint ab eodē more: sūt. n. ambę boni moris. (Deiñ.

Et ambe passiones moris boni opz de indi gne quidem agentibus male compati z mise reri: de alijs autem nemefare. Iniustus est qd p̃ter dignitatem factum: propter quod z dñs attribuius nemefare.

Ostendit tales passiones esse boni moris dicens: qd de in digne male agentibus. i. de his: cū quibus male agitur: oñ dit compati z misereri. De his aut vt de indigne. p̃ sperā tibz: opz nemefare: qz hoc est reprehendendū. i. ē in iustū rō subditur: qz hoc est iniustū: z p̃ter dignitatē factaz. i. qz mali prosperentur: vnde dñs attribuius nemefare. indi gnant. n. cū mali principant. (Deinde cum dicit.

Videtur autem vtiqz z inuidia est: qd est mi sereri eodē opponi modo tanqz p̃pinquz sit: z idē ei: qd est nemefare: est autem alterum.

Determinat de nemefi per comparationē ad inuidias. Et duo facit: qz primo dicit eos habere qdam apparētem p̃pinqzitatē ad inuicē. i. s̃m virtutez eas alteras z dif ferentes. Scdo probat quod dixerat. Scda ibi. (Tristitia quidem). Dicit ergo: qd inuidia ṽr opponi ei: quod est mi sereri tanqz inuidere sit p̃pinqum: z idē ei: qd nemefare: non tñ est ita: est aut̃ altr̃z nō idēz. (Deinde cum dicit.

Tristitia quidem. n. cōturbans: z inuidia est ad bonam actionem: sed non indignis: sed equa lis z similis: hoc autem non: qz ipsi eueniet ali quid alterum: sed propter ipsum proxm̃ ū om nibus similiter oportet existere.

Ostendit inuidere z nemefare eē altera z diuisa. Et duo facit: qz primo facit qd dictum est. Scdo ex hoc concludit d̃rias passiones asseq. i. inuidiam: z nemefim: z misericor diam. Scda ibi. (Manifestū aut qd assequunt). (Cir ca primū duo facit: qz primo dat d̃riam inter nemefim z inuidiam. Scdo quoddā qd supposuerat manifestat ibi. (Nō. n. adhuc.) Dicit ergo: qd inuidia est tristitia contur bans ad bonam actionem: sed non indigni: sed equalis z similis: taz ergo inuidia q̃ nemefis sunt tristitia de bona actione: aliter tñ z aliter: qz inuidus tristatur ex eo: qz pro speratur equalis similis. Nemefitas vero ex eo: qz prospe ratur indignus. Addit aut qz hoc. i. h̃mōl tristitia non dz esse ex eo: qz ipsi nemefito: vel ipsi inuido eueniet aliqd al ter: sed p̃pter ipsum proximum. nā oibus. i. ambabus: vt nemefi z inuidio oportet hoc existere: qz tristitia fiat p̃pter ipsum proximum. (Deinde cū dicit.

Non enim adhuc esse: bec quidem inuidia. bec autēz nemefis: sed timor. Si propter hoc tristitia existit z turbatio: quia ipsi aliquod erit malum ab illis bona actione.

Ostendit qz tam nemefis q̃ inuidia sunt propter proximum: non vt aliquid eueniat sibi dicens: qz tristitia z tur

Liber

batio existit ipsi timido vel nemefito: propter qd ipsi erit aliqd malū a bona actione illius: cui inuidet: vel nemefis: h̃ ē nō erit iā inuidia: necqz nemefis: s̃ timor. (Deiñ. c. d.

Manifestum autem qz assequuntur z cōtra rie passiones his: qui quidem. n. tristat de indi gne male agētibz delectabit: vel sine tristitia erit de p̃trarijs male agētibz: velut si parricida cū obrineat penas: nullus itaqz tristabitur bo nus. Opz igitur gaudere de talibus.

Ostendit p̃dicta consequi cōtrarias passiones. Et tria facit: qz primo ostendit: que passiones sequuntur misericor diam. Scdo: que nemefim. Tertio: que inuidiam. Scda ibi. (Eodē aut modo). Tertia ibi. (Cōtraria aut). Dicit ergo manifestū eē: qz ex his: q̃ dicta sunt: assequunt̃ cōtra rio passiones. Nam qui tristant de indignis male agentibus. i. de his: cum quibus male agit̃ indigne: siue tristitia erit de contrarijs male agētibz. i. de his: q̃ indigne patit̃ tur. Unde super parricidas: z super eos: qui occiderūt ma tres: quando obrinent p̃nas: nullus bonus tristatur: quia oportet gaudere de talibus. (Deinde cum dicit.

Eodē aut modo de bene agentibus s̃m indi gnitatē. Ambo enī iusta z faciunt gaudere eū qui epiches. Necessē enim sperare z fore vti qz: que quidem simili z sibi: z sunt eiusdēz mo ris omnia hec.

Ostendit quō tales passiones sequuntur nemefim dicens: qz eodem modo oportet gaudere de bene agentibus: am bo. n. ista sunt iusta: z faciunt gaudere euz: qui est epiches. Et subdit cām: qz necesse est aliquē sperare ad esse sibi: qd adest similis. euz ergo iustus videt iustū exaltari: gaudet: qz ex hoc sperat se exaltādū: p̃z ergo: qz passiones sequunt̃ nemefim z misericordiam: qz bonę iō addit: qz oīa hec sunt eiusdēz moris: qz boni moris. (Deinde cum dicit.

Contraria autem contrarij. Idem. n. q̃ gau det de malo: z inuidus: de quo. n. quis tristat̃ facto: z existentem necessariuz habet de priua tione huius: z corruptione gaudere.

Ostendit inuidiam sequi contrarias passiones: qz non se quuntur eam bonę tristitię z delectationes: sed malę. Et duo facit. qz primo facit quod dēñ est. Scdo oñdit quō p̃ p̃dicta possumus puocare mitē: vt nō misereat̃ aduersa rio. Scda ibi. (Propter quod p̃hibitua). Dicit g̃: qz cōtra ria. i. p̃trarię passiones sequentes inuidiam sunt contrarij moris: qz sunt mali: ideo subdit: qz idēz inuidus: qui dolet de bono alterius: etiā digne gaudet de malo eius. Et ē rō: qz qui tristatur d̃ aliquo facto z exite. necesse est illū gau dere de priuatione z corruptione illius. male ergo gaudet inuidus: z male tristatur. propter quod passiones eius sūt mali moris. (Deinde cum dicit.

Propter quod prohibitiua quidem minime omnia hec sunt. Differunt autem propter di ctas causas. Quare a domino miserabilia fa cere omnia similiter vtilia.

Ostendit quomodo possumus puocare iudicē: vt non misereatur aduersario. Nam si credimus iudicem esse in uidum: debemus ostendere: qz si iunabit aduersarium no strum: equiparabitur ei. Si autem perpendimus iudicē esse iustum z nemeficum: debemus ostēdere aduersariuz nostrum esse indignum omni bono: z tunc nunqz misere bitur eius. ideo ait: qz omnia hec: que sunt dicta de nemefi z inuidia

et inuidia sunt prohibita misericordie; differunt enim per predictas causas: quia nemesis prohibet misericordiam ratione indignitatis. Inuidia vero facit hoc differenti modo prohibet enim misericordiam: ne aliquis equalparet sibi: omnia tamen pertinencia ad nemesis: et ad inuidiam similiter. id est vniuersaliter sunt vitia ad non misericordiam facere.



Drimo quidem igitur de nemefare dicamus: quibusque nemesis habent et in quibus: et qualiter ipsi habentes deinde post hoc de alijs. **A**banifestum autem ex dictis.

In parte ista determinat philosophus de nemefare se. Et duo facit: quia primo enumerat determinando de nemefare. Secundo determinat de illis. Secunda ibi. (Si enim est nemefare.) Dicit ergo quod primo vult dicere de nemefare: quibus sumus nemefici: et in quibus: et qualiter ipsi habentes se habentes nemefici sunt. Addit autem quod post hoc ex dictis manifestum erit de alijs. id est de contrarijs: quia si scuerimus: de quibus bonis debemus tristari: manifestum erit: de quorum malis debemus gaudere. **D**einde cum dicit.

Si enim est nemefare de eo: qui indigne bene agere. primum quidem palam: quia non enim possibile de omnibus bonis nemefare. Nullus enim si iustus: aut fortis: si virtute accipiat nemesis habebit. Neque enim minime de fructibus bonorum sunt.

Exigitur: et duo facit: quia primo manifestat illa tria: que te- tigerat de nemefare. Secundo ostendit ex hoc manifestata esse alia ut contraria. Secunda ibi. (Manifestum autem ex his.) Circa primum tria facit: primum quod tria proposuerat de nemefare. Nam primo ostendit que sunt nemefabilia. Secundo declarat quibus sumus nemefici. Tertio inuestigat qualiter se habentes sunt nemefici. Secunda ibi. (Quomodo autem quod antiquum.) Tertia ibi. (Ipsi autem nemefici.) Circa primum duo facit: quia primo ostendit maxima bona non esse nemefabilia. Secundo declarat quod bona nemefabilia sunt. Secunda ibi. (Sed de diuitijs.) Dicit ergo si nemefare est tristari de eo: qui videtur indigne bene agere. indigne prosperari. palam est quod non est posse nemefare de omnibus bonis. Sunt enim quedam bona: que non habent nisi a dignis: ut virtutes: quas sibi boni habent: ideo autem quod nullus habebit nemesis: si aliquis sit iustus: aut fortis: aut aliter quod aliam virtute accipiat: et adhuc etiam non nemefabit de contrarijs: ut si aliquis fiat vitiosus: cuius ratio esse potest: quod vitiosus est quedam congruitas. Nam sicut congruum est bonos congrui sequi pulchritudinem virtutum: ita a congruitate non deniat malis consequi spurcitas vitiorum. **D**einde cum dicit.

Sed de diuitijs et potentia talibus quorumcumque bonorum: ut simpliciter est dicere. Digni sunt boni et habentes ea: que secundum naturam bonorum: puta ingenuitatem: et pulchritudinem: et quecumque talia.

Ostendit circa que bona habet esse nemesis dicens: quod est de diuitijs de potentia: et de talibus quorumcumque bonorum: ut simpliciter est dicere boni sunt digni: possunt tamen haberi a malis: et ab indignis: et etiam non solum sunt talia bona acquisita: ut diuitie: cuiuslibet potentia: sed etiam circa bona naturalia conuenit esse nemesis. ideo addit quod habentes ea bona: que sunt secundum naturam: puta ingenuitatem et pulchritudinem: et quecumque talia prout pati nemesis secundum talia bona. **D**einde cum dicit.

Quonia autem quod antiquum prope aliquid videtur ei quod secundum naturam necesse habentibus idem bonum: si super habentes existant: aut propter hoc bene

agant magis nemefare: magis enim contristantur nuper ditati: qui ab antiquo: et per genus.

Ostendit philosophus quibus sunt nemefici. Et duo facit secundum quod aliquis dupliciter videtur indignus aliquo bono. primo ex nouitate status. Secundo ex inproportionatione eius ad illud. Secunda ibi. (Et quomodo quilibet honorare.) Circa primum tria facit: quia primo ostendit non esse nemeficos his: qui de nouo prosperantur. Secundo ostendit nos adesse nemeficos circa nouiter habentes diuersas: et varias prosperitates. Tertio dat causam dicens. Secunda ibi. (Similiter autem et principes.) Tertia ibi. (Causa autem quod.) Dicit ergo primo: quod quod antiquum videtur esse propinquum ei: quod est secundum naturam: necesse est habentibus ipsius bonum: quod habet alij: si nuper existant habentes illud bonum: magis nemefare contra tales: ideo subdit: quod magis nos contristant nuper ditati quam quod ab antiquo: et per genus ditati fuerint. **D**einde cum dicit.

Similiter autem principes: et potentes: et qui multos amicos: et qui multos bonos filios: et quod cumque talia: et si propter hoc bonum fiat ipsis eodem modo. Et enim hi magis contristantur: qui nuper diuites principantes propter diuitias principantes: quam quod diuites ab antiquo. Similiter autem et de alijs.

Ostendit nos esse nemeficos circa exaltatos nuper quantum ad diuersas prosperitates dicens: quod similiter circa principes et principes: et qui habent multos amicos: et multos bonos filios: et quod cumque talia honorum: si eis propter hoc fiat aliquid bonum: et de nouo prosperent sumus nemefici circa illos: ideo subdit quod magis contristantur homines nuper et principantes propter diuitias de nouo adeptas quam qui fuerunt diuites ab antiquo. Similiter autem dicendum est de alijs bonis. **D**einde cum dicit.

Causa autem quia hi quidem viderentur sua habere. hi autem non. Quod non ita semper videtur habere verum putat. Quare alij non sua habere.

Dat causas dicens. dictum enim fuit supra: quod nemesis est circa inde prosperantes. Cum ergo sit dignum et congruum: quod quilibet habeat sua. indignum autem et incongruum quod habeat non sua. nos non sumus adeo nemefici circa diuites ab antiquo: quia hi videntur habere sua: sicut sumus circa nuper ditatos: quia hi videntur habere non sua. Nam quod semper ita se habet: videtur esse verum per se: et secundum se tale. ideo diuitie antiquate secundum se videntur esse suorum proprie possessionum. igitur illi videntur habere sua: quare per locum ab oppositis alij nuper ditati videntur habere non sua. **D**einde cum dicit.

Et quomodo quilibet honorem non quocumque dignum: sed est quedam proportio: puta honorum pulchritudo non congruit iusto: sed forti et nuptie differentes non nuper ditatis: sed generosos. Si igitur bonus existens idem quod non congruenter adeptus est: nemefabile.

Ostendit esse nemesis erga eos: qui volunt adipisci aliquid inproportionatum. Et duo facit secundum quod duas considerationes circa hoc ponit. Secunda ibi. (Et minorem cum meliori.) Dicit ergo quod quia non quilibet est dignus quocumque honore: sed est quedam proportio inter honoratum et honorem: ut puta pulchritudo armorum non conuenit iusto. id est religioso: ut habet alia littera: sed forti: et differentes nuptie. id est solennes: non competunt nuper ditatis: sed generosis. ideo posito quod quis bonus existat. si adipiscatur honorem non sibi congruum est nemefabile. **D**einde cum dicit.

Et minorem cum meliori litigare. **A**banime quidem igitur eos: qui in eodem: vnde et hoc videtur. **E**gi. sup. **R**eto. **A**risto.

Rheto.

ctum est. **A**iacis fugit pugna **T**helamonide. **J**upiter enim nemesauit quando meliori luce pugnauerit. **S**i autem non: et si qualitercumque minor cum maiori: puta si musicus cum iusto: melior enim iustitia quam musica. **Q**uibus quidem igitur nemesabunt: et propter quod ex his palam: h. n. et talia sunt.

Ponit secundam considerationem: quod nemesabile est minorum litigare cum maioribus: et potissime si sunt maiores in eo: in quo litigant: ut si contenderet quantum ad opera bellica debilis contra forte: et quantum ad stipendium pauper contra diuitem inde est quod **A**iacis. id est ille homo fugit pugnam **T**helamonide. id est illius uerum: quod **J**upiter nemesauit. id est indigna bar: quod aliquis pugnauerit cum luce: sine cum demone: ut sonat alia littera. id est cum aliquo deorum: vel aliqua deorum quia sic contendere est: contendere cum meliori. **A**ddit autem quod si non contendat minor cum maiori in eo: in quo est minor: sed in aliquo alio nullo est nemesabile: licet non tantum esset nemesabile: si musicus contenderet cum iusto: eo pro iustitia sit melior musica. **U**ltimo epilogat dicens: quibus quidem igitur nemesabunt: et propter quod ex his palam. hec enim sunt nemesabilia: et talia qualia dicta sunt.



Ipsi autem nemesici sunt: si digni existunt entes maximorum honorum: et hec adepti. Similibus enim dignificatos esse eos: qui non similes non iustum. **S**ecundo autem si entes boni et studiosi existant. **J**udicant enim et iusta odiant.

In parte ista philosophus ostendit: qui sunt nemesitici. **E**t duo facit: quod primo ponit tres considerationes ad cognoscendum qui sunt tales. **S**ecundo dat quandam ylem maximam de nemesiticiis. **S**ecunda ibi. **(E**t totaliter dignificantes.) **C**irca primam tria facit secundum quod tres considerationes ponit circa hec. **S**ecunda ibi. **(S**ecundo autem si entes.) **T**ertia ibi. **(E**t si amatores.) **P**rima consideratio talis. **Q**uia illi sunt nemesitici: siue nemesici: si existunt entes digni maximorum honorum: et hec adepti vident alios non similes: ut viles: et indignos homines dignificatos similibus bonis: que ipsi adepti sunt. cum ergo hoc non sit iustum: nemesabunt super illos. **D**einde cum dicit. **(S**ecundo autem si entes.) **P**onit secundam considerationem dicens: quod si aliqui entes boni: et existunt studiosi: naturaliter sunt nemesitici super idigne prosperantes: et est ratio: quia tales indicant bene: et odiant iniusta. **D**einde cum dicit.

Et si amatores honoris: et apparentes actiones aliquas: et maxime si circa hec amatores honoris sunt: que alij indigni existentes obtinent.

Ponit tertiam considerationem: quod si aliqui existunt amatores honoris: et apparentes actiones aliquas sunt nemesitici: et maxime sunt tales amatores honoris circa ea: que alij qui indigni existentes obtinent: importat enim nemesis quandam indignationem. **V**ides autem appetentes honorari in aliquo indigni: si indigni honorantur in illo. **D**einde cum dicit.

Et totaliter dignificantes ipsi seipsos: quibus alios non dignificant nemesitici his et pro his: propter quod et seruiles: et prauis: et non amatores honoris nemesitici. **N**eq; enim tale est: quo seipsos putant dignos esse.

Dat quandam yniuersalem maximam ad cognoscendum: qui sunt tales dicens: quod totaliter et yniuersaliter ipsi dignificant seipsos

Liber

rebus: quibus eos non dignificant inest: quod homines seruiles et prauis non amatores honoris non sunt nemesitici: quod non est aliquid tale quod sit magnus et arduus: quo seipsos dignos esse putet. **D**einde cum dicit.

Manifestum autem ex his: de quibus infortunatibus et male agentibus: aut non obtinentibus gaudere: vel sine tristitia se habere oportet. **E**x dictis enim opposita sunt manifesta.

Ostendit quod ex his: que dicta sunt: de facili nobis innotescunt alia: ut contraria eorum. **N**am si scimus de quibus: et quorum bonis homines indignantur. manifesta erunt opposita. **V**ides de quibus: et de quorum malis homines letantur. **E**t circa hoc duo facit: quod primo facit quod dictum est. **S**ecundo docet nos ex dictis reddere iudicem in misericordiam contra aduersarium. **S**ecunda ibi. **(Q**uare si iudices.) **A**it ergo: manifestum esse ex his: que dicta sunt: de quibus infortunatibus: et male agentibus: aut non obtinentibus quod volunt operibus homines gaudere et habere se sine tristitia. **N**am cum hec sint opposita his: que dicta sunt: ex dictis hec opposita sunt manifesta. **D**einde cum dicit.

Quare si iudices tales effecerit oratio et dignificantur: et in quibus miseriam ostendat indignos: quod entes obtinere dignos aut non obtinere: imple miseriam.

Docet nos ex his: que dicta sunt: reddere iudicem in misericordiam contra aduersarios nostros dicens: quod si oratio nostra vel sermo noster: ut sonat alia littera: effecerit iudices tales: quales nostrum postulat: et dignificantur miseriam: et etiam dat quod iudices dignarentur miseriam aduersarij id est sermo noster attedat aduersarios nostros indignos quidem entes obtinere ea: in quibus iudex vult eis miseriam et ostendat eos non esse dignos obtinere ea: imple miseriam. id est non poterit iudex miseriam eis. **Q**uia autem ostendi potest aduersarios indignos esse: scientibus ea: que dicta sunt: non est difficile.



Iamque: et de quibus inuidet: et quibus: et qualiter habentes: si quidem est inuidia tristitia quedam super bona actione apparente dictorum bonorum circa similes: non ut aliquid sibi: sed propter illos.

In parte ista vult determinare philosophus de inuidia. **E**t duo facit: quod primo continuat se ad dicenda. **S**ecundo exequitur de intento. **S**ecunda ibi. **(I**nuidebunt quidem.) **D**icit ergo palam esse: de quibus homines inuidet: si reducamus ad memoriam que dicta de inuidia. **V**ides quod inuidia est tristitia: quedam super apparente bona actione dictorum bonorum. **I**dem de dictis bonis: circa quod conuenit esse inuidiam: et hoc circa similes: non ut aliquis sibi: sed propter illos: quibus inuidet: quod totum patere potest ex his: que dicta sunt. **D**einde cum dicit.

Inuidebunt quidem et tales: quibus sunt aliqui similes: aut videntur. **S**imiles autem dico secundum genus: secundum cognitionem: secundum staturam: secundum habitum secundum opinionem: secundum ea que existunt.

Exequit de intento: et tria facit secundum quod tria proponit exequenda esse de inuidia. **N**am primo ostendit qualiter se habentes inuidet. **2**o declarat de quibus inuidet. **3**o manifestat quod inuidet. **S**ecunda ibi. **(D**e quibus que inuidet.) **T**ertia ibi. **(M**ibi autem ex quibus.) **C**irca primum duo facit. **N**am primo in generali ostendit qualiter se habentes homines inuidet. **S**ecundo in speciali. **E**t circa hoc ponit plures considerationes. **S**ecunda ibi. **(E**t quibus in modico.) **D**icit ergo: quod illi sic se habentes inuidebunt

uidebunt: qui sunt tales: quibus sunt: aut vidēt aliqui filios.
 et exponit se dicēs. Similes autē dico secundum genus: secundum cogni-
 tionem: secundum staturā: secundum habitū: secundum opionē: et secundum gloriā: ut
 habet alia scilicet: et secundum alia: quae exiunt in hominibus. ¶ Deinde cum dicit.
**Et quibus in modico deficit: quod non omnia exi-
 stunt: propter quod magna agētes et bene fortunā-
 tes inuidiosi sunt: omnes enim putant sua ferre.**

¶ Ponit in speciali circa hoc quod plures consideratiōes: et sex
 facit secundum quod sex consideratiōes ponit. Scda ibi. (Et ama-
 tores honoris.) Tertia ibi. (Et opinati sapientes.) Quar-
 ta ibi. (Et vniuersaliū amatores.) Quinta ibi. (Et pusillā-
 nimes.) ¶ Prima consideratiō talis. Quod illi sunt inuidi quibus
 in modico deficit: quod non omnia existunt eis: sicut sunt boies
 bene fortunati: et diuites: qui fere in omnibus suis deside-
 riis complentur: ideo subditur: quod magna agentes: et bene for-
 tunantes inuidiosi sunt etc. Ratio quia tales putant omnia
 fore sua: credunt enim quod omnia: quae sunt aliorum: debeant
 attribui eis. ¶ Deinde cum dicit.

**Et qui honorantur in aliquo differenter: et ma-
 xime in sapientia: aut felicitate.**

¶ Ponit scdam consideratiōem: quod illi sunt inuidi: qui hono-
 rantur in aliquo differenter. id est qui excellenter: et maxie
 sibi honorantur in sapientia: aut felicitate: habet enim haec con-
 sideratiō eandem rationē cum prima. nam sicut honorati
 excellenter credunt esse digni omnibus. ideo videntur desi-
 dere in aliquo bono: quod vident in alio inuidēt ei. Diligē-
 ter est autē considerandū quod non aut sapientes et felices eē in-
 uidios: sed quod honorantur: ac si eēnt felices et sapientes. ¶ Deinde cum dicit.

**Et amatores honoris magis inuidiosi quā non
 amatores honoris.**

¶ Ponit tertiā consideratiōem: quod amatores honoris magis i-
 uidiosi quā non amatores honoris: ratio autē haec est in prom-
 ptu. Nam honor est signū excellentiē. inuidia autē ex hoc fit quod
 homines volunt excellere alios. ¶ Deinde cum dicit.

**Et opinati sapientes: sunt enim amatores ho-
 noris in sapientia.**

¶ Ponit quartā quod inuidi sunt opinati sapientes. Sumit
 autē haec consideratiō fulcimentū ex tertia consideratiōe.
 Nam qui credunt sapientes: amant honorari in sapientia.
 propter quod conuenit eos esse inuidios: quia inuidia conco-
 mitatur honoris amorem. ¶ Deinde cum dicit.

**Et vniuersaliter amatores fame circa aliqd
 inuidiosi circa hoc.**

¶ Ponit quintam: quod vniuersaliū amatores fame circa ali-
 quid sunt inuidiosi circa hoc: in quo volunt esse in fama:
 cuius ratio est: quia qui volunt esse in fama in aliquo vo-
 lunt honorari in illo. ¶ Deinde cum dicit.

